

EXTREMVM HONOREM
V I R O

Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo

**DN. DANIELI
ESKEN,**

*Consuli in Regia Civitate Thorunensi longe me-
ritissimo,*

d. xx. Aug. A. MDCCCXIII,

placida morte

ad beatorum sedes translato,

ipso exequiarum die

perolvere

Afflictaeque viduae & aliis cognatis solatio adesse

volebant

Rector & Professores Gymnasii Thorun,

48



T H O R U N I I,

Impressit Joh. Nicolai, NOBIL. SENATUS & GYMNASII Typographus.

287

Regna ruunt, gentes longo de sanguine natae,
Lumina ceu tenebris obruta clara ruunt.
Quod non illustres vidisti gente Thoruna,
Qui laudem meritis sustinuere tuam?
Sed quae rebus inest solita inconstantia cunctis
Proh dolor! et vicibus Te regit ambiguus,
De medio sensim sublatis funere multis,
Tot casus dudum Curia laesa dolet.
Se numero Patrum nunc ordo minore coarctat,
Quando nova antiquae facta ruina domus.
Scilicet Eskiadum stirps hic celebrata Thorunae
Extremo amisso pignore moesta perit.
Si merita & curas in commoda publica spectes:
Intempestiva morte beatus obit.
Si defuncti animum & discessit promptus ab oris
Nostris, & laetus tecta Poli subiit.
Desinat ergo licet nostrae servire salutis,
Grata tamen laudes posteritas referet.

Honoris & observantiae
c. fcr.

P. Jaenichius, R.

Ist ein Jahr vorbei/ da mein erfreuter Sinn
An deinem Hochzeit-Tag/ Wohl-Edler/ Ber-
se brachte;

Nun ist die Lust gestöhrt/ die Hoffnung ist dahin!
Die man sich dazumahl von deinem Hause machte.

So fehlt der Menschen Wunsch! So irrt der Menschen
Herz!

Die Hoffnung lässet uns mehr als zu oft verderben/
Anstatt der Freude kömmt ein kümmerlicher Schmerz/
Vor Leben/ Glück und Wohl muß man den Sarg ererben.

Und dennoch bleibts dabei/ was unser Glaube sagt:
Daß wer recht Christlich hofft/ nicht kan zu schanden werden/
Denn weil nur Unbestand allhier das Herze plagt/
So hofft ein kluger Mann auch nichts auff dieser Erden.

Er

Er ist damit vergnügt/ daß er nach Tugend strebt/
Und man nach seinen Tod ihn kan vor seelig preisen/
Sein Lob ist/ wann man sagt: Er hat sehr wohl ge-
lebt!

Wie dieses aller Welt Herr Löße kan beweisen.

Du warst/ Wohlseeliger/ von hohen Adelstand/
Der sich in dieser Stadt wie Palmen ausgebreitet/
Dem ein Hoch-Edler Rath verknüpfet und verwandt/
Der mit dem größten Hauß noch umb den Vorzug streitet.

Doch pochte nicht DERN Geist auff Ahnen/ Helm und
Schild/

DU suchtest DERN Ruhm durch Tugend zubekömen:
Ein nicht erworbner Ruhm war DERN ein Schatten-
Bild/

Das dem/der es verehrt/ wird fliehend weggenommen.

Berechte Niedligkeit/ Gelehrtsamkeit und Fleiß
Wird DERN nach Deinen Tod in ewig Grabmahl bauen/
Und durch des Künstlers Hand der Wahrheit zum Beweis
Dein Lob und Lebens-Lauff in Marmor lassen schauen.

Demnach weil dieses wahr/ so könt Ihr/ Die Betrübt/
EUCH destowilliger in Gott zufrieden geben/

Glaubt daß den SEELIGEN sein Heyland lieblich liebt:
Herr Löße ist nicht Todt/ Er lebt nach seinen Leben.

Aus pflichtschuldigsten Mittleyden gegen die Vorneh-
me Leydtragende schrieb dieses

G. P. Schulz D. und P. P. O.

O Miseras ædes quarum ruit ipsa columna
Concutiturq; basis, culmina tacta cadunt.
Accidit hoc viduæ cujus reclinis acerbe
Occubuit Conjux: imbre rigate genæ!
Fundere fas lacrymas est cum plorantibus: heu! sed
Non solum orbarit mors sociam socio:
Insimul est obitus lugendus Consulis Ampli
Doctrina Clari Consilioque gravis.

ESKIUS

ESKIUS *Ab! celeri claudit sua lumina fato.*
Qui potuit subito Parca necare Virum?
Inde novo premitur Respublica Patria luctu,
Et vulnus sentit Curia nostra novum.
Dum truculenta Virum mors funere mergit acerbo,
Quem DEus in Patria jusserat esse Patrem.
Cum fuerat iudex hic, justus legibus ultor,
Cunctis ille reis arbiter æquus erat.
Haud corrupta fuit sua manus ære: sed æquo
Contentus vixit muneribusq; DEi.
Ærari populiq; bonis hic parcere scivit,
Immanes Parcæ parcere cur renuunt?
Est dignus, vivat sua nunc post funera virtus,
Et nomen clarum posteritate gerat.
Sollicitudo habuit vehemens studium urbis & ipsum;
Quare Hunc lugento quotquot in urbe manent.

Condol. scrib.

R. F. Borumann Ph. M. & P. P. O.

Non temere Cives hanc plorant Consul's urnam,
In qua testata modo tot bene gesta jacent.
Non temere Coniux hanc luget mæsta ruinam,
Qua collapsa simul spes sua cuncta ruit.
Sed ne flete nimis, paulisper sistite luctum,
Quem fletis tristes, ille beatus orat.
Iam nihil efficiunt lacrymæ & suspiria cordis,
Sic placuit summo, qui regit astra, Deo,
Solvite ei grates voluit qui Consule digno
Vos uti, est Dominus qui dedit, ille rapit.
Hunc orate alios similes ei, ut alma potestas
Conservet vobis temporibusque malis.
Ac Defuncto olim similes succedere faxit
Hac probitate pios, hac pietate probos.

Solatii causa apposuit

Michael Buguslaus Ruttich,

Prof. Publ. Extr.

os(O)se

ESKIUS

ms. 113074

ms. 3 adl. 85